



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

72. Ut chrisma semper sub sera sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

58 R E G I N O N I S L I B . I.

Burchard. lib. eum communicet, ne sine communione moriatur.  
§. c. 10.

De eadem re. *Ex Concilio Turonensi.*

Burchard. lib. L X X . Ut omnis Presbyter habeat pyxidem , aut vas tanto sacramento dignum , ubi corpus dominicum diligenter recondatur ad viaticum recendentibus à seculo. quæ sacra oblationis intincta debet esse in sanguine Christi, ut veraciter Presbyter possit dicere infirmo : *Corpus & sanguis Domini proficiat tibi &c.* Semperque sit super altare observatum propter mures & nefarios homines ; & de tertio in tertium diem semper mutetur , id est , illa à Presbytero sumatur , & alia quæ eodem die consecrata est in locum subrogetur , ne forte diutius reservata mucida , quod absit , fiat.

Vide Hug. Menard. in Notis ad lib. Sacramentorum pag. 378.

De oblatis , ut de sabbato in sabbatum innoventur. *Ex eodem.*

Burchard. lib. L X X I . Illud etiam adnectendum videtur , ut oblationes quæ in altari offeruntur , de sabbato in sabbatum semper innoventur : quia panes propositionis , qui super mensam Domini ponebantur , à sabbato in sabbatum semper mutabantur.

Ut chrisma semper sub sera sit. *Ibidem.*

Burchard. lib. L X X I I . Præterea & illud omnimodis observandum est , ut sacrum chrisma & oleum consecratum semper sub sera sit ; ne illud unde Christo incorporamur , & unde omnes fideles sanctificantur , unde Reges & Sacerdotes unctionuntur , aliquis infidelis aut immundus

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 59

tangat , aut aliquis perfidus ad Dei judicium  
subvertendum subripiat. quod experimento  
didicimus. [ *Vide Concilium Metense anni*  
*888, cap. vi.* ].

Si Presbyter chrisma dederit ad judicium  
subvertendum. *Ex Capitularibus,*  
*tit. L V.*

LXXXIII. Ut Presbyter qui chrisma do-  
naverit ad judicium subvertendum, postquam Lib. 5. Capi-  
de gradu suo depositus fuerit , manum amit-  
tatur. tular. c. 55.  
Lex Longo-  
bardor. lib. 32  
tit. 27. c. 1.

Ut nullus Presbyter pro chrisma aliquod  
munus det. *Ex Concilio Meldensi*  
*cap. X LV.*

LXXIV. Ut nemo Episcoporum vel qui-  
libet minister ecclesiasticus propter sacrum Burchard. lib.  
chrisma aliquid muneric accipiat , neque de-  
narios , vel quælibet munuscula , quæ per mi-  
nistros Episcoporum à Presbyteris inordina-  
biliter exiguntur. Decet tamen Presbyteros  
cum voluntariis eulogiis tempore congruo vi-  
sitare & venerari suos Episcopos.

Ut omnis Presbyter duas ampullas in cœna  
Domini ad civitatem deferat. *Ex Ca-*  
*pitulis, tit. CLVI.*

LXXV. Ut Presbyter in cœna Domini Lib. 1. Capi-  
ampullas duas secum deferat , unam ad chris- tular. c. 162.  
ma , alteram ad oleum ad catechumenos inun- Burchard. lib.  
guendum vel infirmos juxta sententiam apo- 4. c. 75.  
stolicam , ut quando quis infirmatur , inducat  
Presbyteros Ecclesiæ , qui pro ipso orent ,